



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Resolutiones Pastorales De Præceptis, Vitiis Capitalibus, Et De Sacramentis

Marchantius, Jacobus

Coloniæ Agrippinæ, 1655

Caput. I. De Materia Sacramentorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41699

RESOLUTIONES
PASTORALES

Circa Sacramenta Ecclesie.

TRACTATUS I.

CAPUT I.

DE MATERIA SACRAMENTORUM.

I. **Q**UAERO. *Quomodo peccetur circa materiam Sacramentorum?* Resp. Si materia substantialiter sit diversa, ab ea quam Christus instituit, non solum est peccatum mortale, sed etiam nullum Sacramentum. Exemplis declaro 1. Si quis aquam artificiali e floribus aut herbis expressam baptizet. 2. Si quis aceto utatur in consecratione. 3. Si ficeram aut alio liquore vinum imitante, qui ex uvis non sit. 4. Si oleum quod non sit ex olivis; sed ex nucibus, amygdalis, aut ex aliis fructibus adhibeatur in Confirmatione, aut Extrema-
Uctione.

2. **Q**UAERO. *Quid si materia substantialiter non sit diversa sed tamen multum corrupta?* Resp. Licet validum tunc fiat

fiat Sa
ralite
enter
rupto
no ace
liave
rupto
care,
addit
tatim
& po
trema
3. C
mater
quam
certa
quand
quia d
gend
ter pe
neces
feror
lud p
possi
calu
re, qu

fiat Sacramentum, peccari tamē mortaliter. Declaro exemplis. 1. si quis scienter pane mucido, & verustate corrupto, utatur ad consecrandū. 2. si vino acescente notabiliter, aut aquā aliave mixtione, notabili ex parte corrupto. 3. sacerdos potest graviter peccare, qui infirmorum oleo benedicto, addit oleum non benedictum, nō utratum, sed simul in majori quantitate, & postea utitur pro Sacramento Extremæ-Unionis.

3. *QUAERO. An numquam liceat uti materia probabili tantum?* Resp. Num. quam licet uti materiā probabili & incertā, omisā certā, nisi in necessitate, quando certa haberi nequit. Ratio est, quia qui se exponit periculo nihil agendi sine necessitate, censetur graviter peccare. Ubi verò moralis quadam necessitas occurrit, tunc non tam censetur periculo se exponere, quam illud pati & permittere, cum aliter non possit & melius sit hic & nunc in tali casu Sacramentum probabile conficere, quam Sacramento carere. Declaro

exem-

exemplis. 1. Si quis non habeat ad baptifandum puerum morientem, niſi aquam foetidam & lutofam aut lixiviu, aut aquam, in qua aliquid carnis coctum fuerit, in tali neceſſitate poteſt tali materiâ baptifare. 2. Si in dominica die, quando populus debet audire Miſſam, non poſſit haberi niſi aliquid vini aceſcentis (quod tamen ſubſtantialiter potetur vinum, non acerum) poteſt in illo tunc celebrari. 3. Similiter ſi non habeatur niſi panis aliquantum mucidus & corruptus, putetur tamen non mutaſſe ſubſtantiam panis, etſi aliqua levis formido de oppoſitorem non ita certam faciat, in caſu jam dicto poteſt conſecrari. 4. Si quis in articulo mortis non niſi in genere ſigna doloris oſtenderit coram aſtantiſus, aut vocarit ſacerdotem, non peccat ſacerdos abſolvendo, licet hæc ſit materia abſolutionis ſatis incerta: quia tamen aliquibus cenſetur probabilis, illa opinione tunc poteſt uti.